

Johann Christoph Rosteuscher Johannes Rebeschke

## **Dodecas Thesium Politicarum**

Rostochii: Keilenbergius, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73060909X>

Druck Freier  Zugang



RU mit 1680

Rostküscher, Joh. Christoph

Rebrochke, Johann



Q. D. B. V.  
ΔΩΔΕΚΑΣ  
THESIUM PO-  
LITICARUM,

*Quam*  
Indultu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ  
in illustri ad Varnum Academia  
*Publico eruditorum examini submitunt,*

PRÆSES  
M. JOH. CHRISTOPHOR.  
ROSTEUSCHERUS,

&  
RESPONDENS  
JOHANNES REBESCHKE  
Gedanenses,

In Auditorio Majori  
*A. D. XXIII. Octobr. ANNO M DC LXXX.*

---

ROSTOCHII,  
*Typis Viduæ B. FRIDERICI KEILENBERGII,*  
*Universit. Typog.*

O. D. P. V.  
ΔΟΔΕΚΑ  
THESIUM  
LITTEARUM

In Aula Magna Facultatis Philosophicae  
in Illustri et Vetus Universitate  
Publico Examinato et Defenso

P R A E S E S  
M. JON. CHRISTOPHOR.  
ROSTERSCHEERUS.

Respondens  
JOHANNES REBESCHKE

Gedanken  
In Auditorio Majori  
A. D. XIII. O. S. M. D. C. LXX.

ROSTOCK  
P. J. V. N. B. F. R. I. D. E. R. I. C. I. K. U. L. T. S. C. H. E. R. U. S.

ΑΝΕΥ ΠΡΟΟΙΜΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΘΩΝ.

Θ. I.



Res aut plures Familix ad  
condendam Civitatem necessariae non  
sunt, sed potest Civitas constitui à tribus  
personis, dummodò nulla earum alterius  
potestati subjecta aut familiae ejus adscripta  
sit. Ut proinde idem sit personarum nu-  
merus, qui ad familiam constituendam re-  
quiritur, ac non idem earum valor.

II.

Ut homo societatis sit amans desideriumq; naturale ha-  
beat vivendi in eadem, non est tamen hæc propensio causa  
impellens proxima coeundi in Civitatem; sed cupiditas ar-  
cendi pericula & incommoda, quæ propter defectum ordi-  
nis civilis, judiciorumq; inde resultantium à sceleratis & nul-  
lo Legum fræno constrictis metuenda sunt, facit, ut homines  
exutâ naturali libertate in Civitatem confluant, Civesq; facti  
singuli pacto se obligent, quòd velint voluntatem suam in-  
diversa alioqvi ituram unius vel plurium vel etiam totius  
communitatis voluntati in omnibus, quæ moraliter velle  
possunt, submittere, istamq; voluntatem pro normâ agno-  
scere, ad quam actiones civiles omnes examinentur. Atq; hæc  
est origo Rerump. quæ introduci in Civitates solent.

)ο( 2

III. In.

### III.

In Quæstione, quæ ventilari à Politicis solet, Num, si in statu innocentia persistissent primi homines, futura fuisset Resp, negativam amplectimur. Nulla enim in statu integritatis locum reperisset Civilis societas, cum deficientibus malis, ut Civitates & Resp. conderentur, nulla fuisset necessitas. Concedimus quidem ordinem aliquem fuisse futurum, non autem talem, qualis hodiè in Civitate obtinet inter Imperantes & Obedientes. Quo enim fini se privassent primi homines concessa à natura libertate, voluntatemq; suam certorum Imperantium, quorum operam non indigebat primæ ætas, arbitrio subjecissent.

### IV.

Majestas non est judicanda è splendore externo, sed ex valore potestatis, quæ, si suprema sit & propria in Civitate ubiq;, Majestatis nomen meretur. Patet autem inde Majestate destitui eum, qui tributum pendit alteri, aut personale homagium præstat, nec Tutori, Curatori, aut Proregi, utut potestas ejus nullis circumscripta sit limitibus, Majestatem tribuendam esse.

### V.

Non derogat Majestati summi Imperantis, quod pactis Fundamentalibus teneatur, dummodo pacta illa non tollant jura quædam Majestatica, aut exercitium eorum suspendant. Talibus enim pactis utut non prorsus è medio tollatur majestas, valde tamen imminuitur, ejusq; facultas afficitur. Alias statuimus, Civili Lege solum esse Principem quæ talem, nec ad servanda obligari, quæ subditis servanda præscribit. Licet enim ab exemplo Imperantis non exiguum pondus observantia Legum accedat, si ipse exprimat in se, quod ab aliis requirit, nihilq; sit efficacius ad retinendum in obsequio populum, non peccat tamen, cum contra Leges suas agit, quæ ex libera ejus  
volun-

voluntate profecta sunt, propriaq; vi ad eos solum pertinent, quibus sunt præscripta. Loquimur autem de Legibus merè civilibus, non de iis, quæ simul sunt naturales & divinæ, quibus utiq; tenetur Princeps, non, quæ sunt Civiles & ab ipso lata, sed in quantum Jus Naturæ & positivum DEI attingunt, cujus dictis ipsum quoq; Principem audientem esse decet.

#### VI.

Recepta à nonnullis divisio Majestatis in Personalem, quæ penes Regem, & Realem, quæ penes populum in unâ eademq; Civitate habitet, tolerari nequit. Præterquam enim, quòd seditionibus bellisq; intestinis occasionem præbeat, dum Jus resistendi & insurgendi in Principem subditis tribuit, impingit eadem in rationes Politicas. Nam si realis illa Majestas, quod volunt pleriq; superior est personali, quæ ratione hæc, quæ inferior est, Majestatis nomen tuebitur, cum, cui Majestas competit, neminem in Civitate possit agnoscere, superiorem, imò nec æqualem, nisi duo in unâ Civitate possè dari Summa statuere velis. Alio ramen sensu divisionem admitti posse censemus, quatenus Personalis vocatur ea, quæ in Monarchico statu, Realis, quæ in Polyarchico deprehenditur.

#### VII.

Cùm Majestas sit potestas eminentis supra vulgarem mortalium conditionem evecta, haud frustra quæritur, an cum eâ consistere possit obligatio, ut, si hoc à Summo Imperante, fiat, vel aliud omittatur, dissolvatur parendi debitum, ipsiq; subditi ab obsequio Principi præstando liberentur. Nobis affirmativa placet. Nam ut ut splendor Summi Imperii externus hoc ipso imminui videatur, non convellitur ramen ipsa Summi Imperii natura, cum conditio ista non infringat vim Majestatis, sed Subjectum ejus certis limitibus constringat. Adde, quòd ista obligatio nihil aliud involvat, quàm traditionem potestatis summæ, ubi pactum fuerit violatum. Cæteris autem



rem paribus nihil ad essentiam Majestatis confert duratio, potestq; Majestatem habere, qui temporariâ potestate fruitur.

VIII.

Et si in Rep. mixta, in quâ Jura Majestatica, (è quibus ceu partibus accidentaliter unitis totum complexum, quod Majestatem dicimus, constituitur) inter plures distribuuntur, divisimq; apud singulos, at conjunctim apud universos reperiuntur, licetè resisti potest Imperanti Jura non collata iniquè usurpanti ab iis, qui Jura illa & exercitium eorundem sibi reservarunt: idem tamen non licet in Imperantem, in quem Cives omnia jura abdicativè contulerunt. Cum enim fastidium, in quo eminent talis Princeps, superius in terris tribunal non agnoscat, certumq; sit, delinquendo non amitti supremam potestatem, nisi ubi talis conventio intercessit inter Cives & Imperantem, nequit resistendi Jus populo tribui, cui nihil amplius in Imperantem juris comperit. Interim non videtur prorsus improbanda eorum sententia, qui ex ratione pacti Civium cum Imperante ceu causæ immediatæ Majestatis ejusq; sine ultimo, qui salus est & securitas publica, Principi in Tyrannum degeneranti & universæ Civitatis totalem everisionem videnti à Civibus, quando ultimum imminere exitium vident, aliquo modo resisti posse colligunt. In tali enim casu, ubi Imperans deposito consilio imperandi hostilem erga suos animum induit, quilibet Civium statum libertatis naturalè recuperare, dissolutoq; nexu civili sui juris fieri censetur.

IX.

Jura illa Majestatis, quæ Scholastico termino Æquiparantia jura appellari queunt, utut possint abesse à personâ Majestatem habente quâ actum secundum, nequeunt tamen integrâ manente majestate abesse quâ actum primum. Licet igitur jura illa v. g. Fæderis, Legationis, Clarigationis live Re-  
pres-

pressaliam &c. non possint exerceri in defectu objecti & personæ æqualis in aliâ Civitate, nihilominus manet apud Principem Jus ad exercendum, ubi adfuerit objectum.

X.

Cum propter Majestatem Princeps cuncta possit in Civitate ubiqve, nisi Lege vel naturali vel divinâ aut promissione prohibeatur, sub nomine autem Civitatis Ecclesia quoque, quæ in eadem DEO colligitur, comprehendatur, jure optimo Principi Majestatem habenti jus aliquod circa sacra adscribimus, servatâ tamen distinctione inter Imperium sacrorum, quod Principi, & functionem Sacrorum, quæ tantum personis Ecclesiasticis competit. Aliquando contingit, ut ob corruptum judicium intellectus aut pravam voluntatem Imperantis, præsertim Gentilis aut Hæretici, actu quidem primo jus penes Imperantem maneat, exercitium vero juris ab aliis usurpetur.

X I.

Ubi injustam gerendi belli causam habet Summus Imperans, nequit subditum ad subeunda belli munia cogere nec tenetur subditus, cui de injustitiâ belli manifestat, obsequium præstare injusta exigenti, cum in quæ moraliter fieri possunt, nec Juri naturæ aut perversantur, voluntatem suam Principi resignaverit. dubia & obscura Belli causa fuerit, tam diu obtinet præsumptio pro Principe, quam diu subditus post diligentem inquisitionem & discussionem causæ nihil certi de justitiâ vel injustitiâ ejus potest concludere. Unde in tali casu, quanquam judicemus, non debere se offerre subditum ad præstanda bellica munia, cum in dubiis plerumq; abstinendum esse moneant Sapientes, obtemperare tamen posse Principi, si imperet militiam, censemus. Si antecedenter princeps belli causam dederit, & alter jure ob datam causam adversus eum insur-

surgat, tum tenetur subditus, inprimis cum oblatam pacem  
& restitutionem damni hostis acceptare nolit, principem de-  
fendere, cum defensio hæc sit licita, nec ulla ratio postulet,  
ut hostem liberè in patriæ viscera grassari permittamus.

XII.

Inter Jura Majestatis meritò refertur Jus Domini Emi-  
nentis, quo Imperanti bona subditorum privatis usibus desti-  
nata publicæ utilitati impendere licet, si extrema id necessitas  
efflagitet, nec alia juvandi Remp. via supersit. Neq; requiri-  
tur specialis in subdito consensus; sed, si id publica sive uti-  
litas vel invito & renitenti cum animo tamen refundendi, si  
spes affulserit melioris salutis, bona eripi possunt, quandoqui-  
dem sufficit, quòd cum primùm in societatem civilem ad-  
mitteretur, jus in bona in Imperantem contulerit, pri-  
vatamque utilitatem publicæ se posthabiturum,  
esse promiserit.







pressaliam &c. non possint  
personæ æqualis in aliâ Civitate  
Principem Jus ad exercendum,

Cum propter Majestatem  
vitate ubique, nisi Lege vel natu-  
ne prohibeatur, sub nomine au-  
quæ in eâdem DEO colligitur,  
mo Principi Majestatem haben-  
bimus, servatâ tamen distinctio-  
quod Principi, & functionem Sa-  
nis Ecclesiasticis competit. Au-  
ruptum judicium intellectus a-  
rantis, præsertim Gentilis aut  
jus penes Imperantem maneat  
usurpetur.

Ubi injustam gerendi belli  
perans, nequit subditum ad se  
nec tenetur subditus, cui de-  
stat, obsequium præstare injuste  
quæ moraliter fieri possunt, ne  
adversantur, voluntatem sua  
dubia & obscura Belli causa fun-  
tio pro Principe, quam diu sus-  
sitionem & discussionem causæ  
justitiâ ejus potest concludere.  
judicemus, non debere se offe-  
lica munia, cum in dubiis ple-  
neant Sapientes, obtemperar-  
ret militiam, censemus. Si au-  
sam dederit, & alter jure ob da-

defectu objecti &  
maius manet apud  
objectum.

incta possit in Ci-  
nâ aut promissio-  
s Ecclesia quoque,  
idatur, jure opti-  
circa sacra adscri-  
perium sacrorum,  
væ tantum perso-  
ntingit, ut ob cor-  
voluntatem Impe-  
tu quidem primo  
verò juris ab aliis

et Summus Impe-  
li munia cogere  
li manife-  
cum in  
æ aut p  
resignaverit.  
i obtinet præsum-  
iligentem inqvi-  
de justitiâ vel in-  
i casu, quanquam  
ad præstanda bel-  
nendum esse mo-  
e Principi, si impe-  
princeps belli cau-  
adversus eum in-  
sur-

